

N. 5.

A. D. 1267.

(5 dicembre).

<i>Data di luogo</i>	Brindisi.
<i>Rogatorio</i>	(manca).
<i>Descrizione</i>	Gotica, 33 × 16.
<i>Contenuto</i>	Radulfo, vescovo di Albano e cardinale Legato, scrive al vescovo di Polignano che il convento di Conversano, già rovinato e senza abbati, passi sotto la direzione di Dameta, insieme con la chiesa di S. Benedetto di Polignano, con tutti i suoi diritti e le possessioni.
<i>Bibliografia</i>	UGHELLI, <i>Italia sacra</i> , tomo VII, pag. 700 e segg.

Radulphus miseratione divina episcopus Albanensis Apostolice sedis legatus venerabili fratri nostro [Bartholomeo] Episcopo Polinianiensi salutem et sinceram in domino caritatem. Instantia nostra cotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum existit et illarum precipue que tedia viduitatis deplorant. Cum igitur Abbatiam sancti Benedicti de Cupersano que ad tantam desolationem devenerat malitia preteriti temporis faciente, quod nec abbatem nec conventum, 5 nec religiosos aliquos habebat, qui ibidem domino famularentur. De mandato sanctissimi Patris domini Clementis pape III. abbatisse et conventui quondam monasterii sancte Marie de Verge cisterciensis ordinis Methonensis diocesis, duxerimus in perpetuum concedendam, et etiam ecclesiam sancti Benedicti in civitate polinianiensis sitam, que fuit quondam monialium, eidem abbacie sancti Benedicti de Cupersano duxerimus munendam, Discretioni 10 nostre qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus ad dictam abbatiam sancti Benedicti de Cupersano personaliter accedentes, Abbatissam et conventum monialium predictarum in corporalem possessionem dicte abbacie sancti Benedicti de Cupersano cum omnibus possessionibus et iuribus suis et dictam ecclesiam sancti Benedicti de Poliniano cum iuribus et pertinentiis suis personaliter inducatis, et inductas defendatis easdem. Facientes dicte 15 abbatisse debitam obedientiam et reverentiam a suis subditis exhiberi (*sic*), et a vassallis predictae, abbacie sicut moris est, iuramentum fidelitatis prestari. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione ad nos interposita compescendo. Datum Brundusiis. III nonas decembris Pontificatus Dominis Clementis Pape III anno secundo.